

Michael Foertsch Christian Gottfried Schmoller

Dissertatio De Satisfactione Jesu Christi


1 :

Tubingae: Reisius, 1700

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788078348>

Band (Druck) Freier  Zugang





54.

Fa - 1092 (54.)

1. Tractatus Theolog. de Craschnaoc D. Holzfur.
2. De Jure Sabbathi. Stryk.
3. De Herba Bonith. Jerem. 22.
- 4.

37

69

36

68

64

37

33

3

29

2

48

55

54

16


17. 55

18. 31


19.

20.

54.1



37.
69
36.
68.
64.
37.
33.
3.
24.
2.
48.
55.
54.
16.
17. 55
18. 31
19.
20.



DISSERTATIO

DE

SATISFACTIONE
JESU CHRISTI,

Quam,

DIVINA HOSPITATORIS GRATIA,
Rectore Universitatis Magnificentissimo,

Serenissimo Principe ac Domino,
DOMINO

HENRICO FRIDERICO,

DUCE WIRTEMBERG. ET TECCIAE, COMITE MONTISPEL.
DYNASTA IN HEIDENHEIM,

PRÆSIDE,

DN. MICHAELE FÖRTSCHIO, SS. Theol. D.
& Prof. P., Ecclesiae Tubing. Decano, Illust. Stip.
Superattendente, Præceptore suo atatem
colendo.

Quoad PARTEM I.

tuebitur

M. CHRISTIANUS GOTTFREDUS SCHMIDT
Stuttgard. in Ill. Stip. SS. Theol. Stud.

d. Junij

H. L. Q. C.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN - CONRADI REISL,

A. R. M D C C.

0.

10
11
12
13
14

S

precise in
effectus
XV, 11.
IV, 14.
Scriptura
terventu
giantur &
mediate
laro ne
veritate
dus: quip
analogia
parato
talem illu
tu est pe

Qu
tam Ch
judicent,
Quivero

* Contra
to G



Σ. Θ.

I.



ESUM CHRISTUM Mundi Sospitorem, * & Salvatorem profitetur universus orbis Christianus, etiam illi, qui reateo Christianismi & Evangelii nomine ipsa tamen Doctrinae Fundamenta sub illis vocibus nostrâ sententiâ contenta vel omninò subruunt, vel saltim laxare suoque pondere ac momento defraudare non erubescunt. Nam cum ex-

J. C. Servatorem omnes Christianos nomine & re profiteri: in sensu & momento esse dissensum.

preise in Scriptura S. designetur σωτήρ, item σωτήριον, cuique σωτηριος effectus passim tribuitur *Matth. I, 21. Luc. II, 11. Job. IV, 42. Actor. XV, 11. Phil. III, 20. 1. Tim. I, 15. Tit. I, 4. II, 10. 13. III, 6. 1. Job. IV, 14. 2. Petri I, 1. II. Pet. III, 2. &c.* fieri non potest, quin admissâ Scriptura ceu Verbo Dei, ea saltim, quæ explicitè & sine consequentiâ interventu ibi docentur ac proponuntur, quoad verba quodammodo largiantur & admittant. Ubi verò sensus per verba ceu signa rerum vel immediatè indicatus ac divinitus insinuatus, vel justo ac luculento & necessario nexu elicitus respicitur, dissensus se prodit oppidò, tum quoad rei veritatem, tum ejusdem cognoscendæ ac credendæ necessitatem atq; pondus: quippe una parte non nisi sub generaliore quodam conceptu, & ab analogia Scripturæ, ut *orthodoxi* illam concipiunt, vel abstracto vel separato σωτήρ vocabulum conceditur: altera verò, quicquid ultra generalem istum conceptum protenditur, extra fundamentum Fidei & Salutis esse positum, audacter alleritur.

II.

Quid quòd complures eousque progrediantur, ut ne quidem notitiam Christi, ejusque tanquam *Salvatoris*, tanta necessitate constringi judicent, quin absq; illa veræ ac aternæ felicitatis particeps quis fieri queat. Qui verò perpendere debebant, quanto rigore Summum illud Fidei Caput

Quoad momentum cognitionem Christi ut Salvatoris esse necessarium.

A

* *Controversiam criticam, à qua h. l. abstrahimus: An Servator, an Salvator &c. rectè ascatur. Vid. apud Leigh, prolusè de doctrina.*

69
68
6
4
4
6
4
59
5
52
5
5
5
53
54

commendetur, vid. *Act. IV, 12. Job. III, 18. Job. XIV, 6.* &c. quòd præterea ipsa rei natura ita sit comparata, ut, si utique *Salvatore* hominum fuerit opus, quod illi lubenter supponunt, nobisque concedunt, nullo alio medio, nisi fide in eundem, ad salutem perveniri queat: Ipsa præterea *Indoles Revelationis* tanti momenti per se necessitatem notitiæ & Fidei importat: nam si perinde est, siue cogniti *Sospitatoris* interventu de Favore Dei quis sollicitus sit, siue absque illo, cui fini mysterium tantum divinum Numen pandit? vel si his duntaxat cognitu necessarium dogma judicavit Deus, quibus Scriptura S. est in promptu, aliis non item, qui fieri potest, ut inter reos æternæ damnationis una damnandorum pars opus habeat cognitione & fide *Redemptoris*, altera verò eadem miseria pressa, minus? Sanè nec Naturæ Leges salutare medium reis apud Deum suppeditare possunt, nec *providentia* illa, quam nonnulli fingunt, ad generandam fidem de Misericordia DEI, sed destitutam cognitione *Salvatoris*, operosam, suffectura est. Illa itaque audax assertio, posse quempiam sine cognitione & fide Jesu Christi Salutis æternæ participem fieri, quid aliud est, quam licentiola quædam & audax de Misericordia Dei præsumptio, *Naturalismus* intra Christianæ Religionis pomeria introductus?

III.

Quoad sensum & veritatem quam universim contra Socianos & speciatim in præsentem controversiam de modo salvandi observanda.

Quod verò sensum id est rem sub voce contentam concernit, sine dubio non qualiscunque, quem vel ratio nobis suppeditat, vel quælibet acceptio vocis suggerere potest, intendi debet, sed quem Ipse Author Principalis Spiritus S. vocibus, quæ alioquin significatu & usu ancipites sunt, impressit & luculentius per reliqua Fidei & Salutis monumenta diffudit, ne sibimetipsi adversari censeatur Spiritus Dei à seipso haud dissentiens. Unde, quando legimus in Scriptura S. vel audimus ex eadem vocabula *σωτηριε, σωζειν* de Christo pronunciata, intra Scripturæ analogiam, materiæ substratæ indolem & gravitatem, illasque interpretandi regulas, quæ ne quidem Jure Naturæ & Gentium rejici possunt, cogitationes compesci debent, nec vel ad præsumptas hypothesas, vel ad contorta interpretamenta propriasque imagines evagari debent, quod, nisi fideli destinatione fiat, non modò nihil certi firmi & solidi è divinis monumentis hauriri poterit, sed per similem procedendi modum omnibus Scriptis & literariis Instrumentis usus in vita humana peribit. Neque existimandum est, S. Scripturam hominibus esse traditam, tantum ut sentiendi facultate præ-

diti sunt, atque videre & audire possunt, quod & brutorum est: nec tantum, ut aliqua per apprehensionem simplicem intelligendi virtute, sed & firmiter concludendi, ut cum altero comparandi præditi sunt: non quod ex quovis quidvis Iphis concludere liceat, sed quod beneficio rectitudinis intellectui concreata & principiorum insitorum, quæ implicite & virtute sua non modo necessarias conclusiones continent, sed & modum rationemque concludendi in universum, radiique sunt æternæ veritatis & sapientiæ divinæ, ex iis, quæ in Scriptura verbotenus & expressè ponuntur, tam certè & indubitato concludere queamus, quam quæ sensibus, audiendo & videndo & simplici adprehensione intellectus percipimus, ut adeo non nisi vel ægroti, & excecati, & malitiosissimi animi sit, ea, quæ expressè ponuntur in Scriptura S. quoad verba, sensum verò, quem conclusiones ex illis necessario nexu elicite suggerunt, negare, ad obtinendas præceptas hypothesas, illud contorquere, è rationis dictamine limare, formare & velut obtorto collo trahere. Quod omnino *Sociniani* seu *Neophotiniani* in præsentè causa gravissima faciunt, quippe qui, abnegata semel *Divinitate Christi* vera & æterna, quæque cum illa intimè connexa est, *Satisfactione* pretiosissima ac perfectissima, nihil non faciunt, ut destinatos errores suffulcire queant. Deprehendimus enim ut in illa, ita & in hac de *Modo salvandi* & *Satisfactione* materia, quod vel dicta luculentissima ad suum sensum detorqueant, etsi quandoque speciosissima, vel regulas bonæ, inque natura & communi sensu gentium fundatæ interpretationis pervertant, aliasque substituant: quæ propriè & usitatè accipienda forent, ad improprios maxime & minus naturales sensus detrudant: sana & antiquis jam Philosophis perspecta & adprobata principia moralia, quæ in præsentè causa intercurrunt, abnegent pertinacius, suaque propria in favorem causæ substituant: quæ nisi quis in tota hac controversia velut in antecessum de genio & consiliis adversariorum notaverit, multa in progressu difficiliora judicabit, quam revera sunt.

I V.

Hoc itaque loco, ubi extra dubium ponitur, *Jesum esse Servatorem*, id maxime dispiciendum erit; qui nucleus sub hoc cortice lateat, ipso Authore principali docente & instruente, tacentibus interim Imaginationibus propriis & hypothesibus præceptis. Nam partim ipsa ista loca in dilucidis suis circumstantiis, ubi Salvationis opus Christo tribuitur, partim universa Scripturæ Analogia lucem præbent: Unde certas clas-

A 3

Quomodo
Modus sal-
vandi inquis-
rendus, &
inter conce-
ptus è perti-
nentes prin-
cipalior in-
tes designandæ

20
69

68

6

4

41

6

4

59

5

52

51

5

53

54

ἀποστολὰ ῥε-
μονστρά-
σας.

ses colligere fas est, quæ eò tendunt omnes, ut duplex in primis ratio innuatur σωτηρίας, atque τὴ σωζειν una *acquisitionis*, altera *applicationis*: illa, qua acquiritur, hæc, qua adplicatur Salus. Utrumque haud una, sed pluribus se explicat propositionibus, quæ, velut partes, Totum illud *Salvationis* exhauriunt: Ubi verò haud dubiè principalior inter omnes erit, quæ ultimatum sensum, & formam rei certam, & determinatam sistit, quæque, si comparatur cum aliis, sive veris, sive etiam falsis, ab *heterodoxo* Spiritu intrusis, illas momento & pondere ita supergreditur, ut cæteris positis, hæc verò negata, vel etiam ignorata, summa injuria afficiatur Salvator eo ipso actu, qui in eum colendum tendit. Quæ si rectè in animum admittuntur, insignem usum adversus *Remonstrantes*, & quosvis *Tolerantes* & *Laxiores* suppeditant. Posito enim, Christum σωτηρίας propriè, & stylo biblico vocari, tum respectu muneris sui *Prophæti*, cujus vigore doctrinam sacram prædicavit, miraculis, exemplo & martyrio confirmavit, tum *Regi*, quo curam agit in primis fidelium suorum, & quos resuscitatos æterna Salute donaturus est: Quod illi cum *Socinianis* volunt; † Idem tamen etiam *Merito erga Deum*, & *Efficacia hinc orta* & *immediatè nos respiciente* *Servatorem nostrum esse Jesum contendunt: merito quidem, quia Salutem æternam nobis obedientia sua promeruit, seu quia hoc mediante, præsertim violenta & cruenta ipsius morte, (veluti λύτρα seu Redemptionis pretio ac sacrificio propitiatorio) Deus hæcenus sibi omnes peccatores reconciliavit, ut per & propter hoc ipsum λύτρον ac sacrificium in gratiam cum iis redire & ostium salutis æternæ viamque immortalitatis pandere ipsis voluerit: Efficacia verò, quatenus spiritualem meriti illius sui virtutem ac fructum fidelibus suis efficaciter adplicat & re ipsa fruendum dat &c.* Unde cum hæc postrema salvandi ratio priores antecedit, principalior & excellentior sit, ac reliquarum suo modo fundamentum; quomodo sibi persuadere quis potest, sufficere ad salutem notitiam σωτηρίας, & Fidem in illum, prout per priores σωτηρίας modos innotescit? Num id quod minimum est, nec eo gradu honorem σωτηρίας attingit, quo postremum illud, quod majus est & principalius, majore necessitate constringitur, & potiorem rationem in Fide salutari habet? An ullam rationis solidæ speciem habet, absolutæ necessitatis esse credendum, Jesum generali quadam ratione aliis quoque certa ratione communi esse σωτηρίας, illam autem,

† *Confess. Rom. Cap. 12.*

tem, quæ infinitam ejus gloriam concernit, ipsique propria est, non æque
aut majore cognoscendi & credendi necessitatis gradu versari? Num *ul-*
timatus ille, ut ita loquar, sensus, qui velut anima est & intrinseca vis τῷ
σωτηρι Christi, formamque rei certam ac determinatam sistit, non æqua-
li, vel etiam majore necessitatis gradu in Fidei negotio eminebit? Ex
hoc fundamento amplius ita procedere licet: si non solo præconio, ex-
emplo, martyrio, potestate, ut *Sociniani* contendunt, σωτηριᾶς munere
fungitur Christus, nec mera & qualicumque reconciliatione Dei irati
propter peccata, qualis v. gr. est, †† qua *Christus dicitur sanguine suo*
aspersus, & adeò preparatione ad sacrificium per mortem facta, co-
ram Patre comparuisse in cœlis, ubi se ex morte redivivum Patri obtule-
rit, & pœnas, quas meruimus, potestate sua everterit: nec ††† ea ratione,
ut *Deum propter peccata nostra iratum Christus per mortem suam*
cen verum sacrificium quidem placaverit & reconciliaverit, non ta-
men rigori divinae Justitiæ satisfecerit pro peccatis nostris, sed vo-
luntati Dei justæ tantum & misericordi, omniaque peregerit, quæ ad
nostri reconciliationem à Deo requisita sunt: nec remissionem aut vi-
tam æternam promeruerit. Si, inquam, non absolvitur his modis Augu-
stissimum *Salvationis* opus à Christo susceptum, sed alio quodam, quæ
Scripturæ totius Analogiæ & Justitiæ adeò divinæ convenientior est, qui-
que, si verus ponatur & demonstratur, præ reliquis omnibus gloriam
Dei & honorem Jesu Christi intimè attingat, quid expeditius est? quam
illum modum ita rei *essentialem* esse, etiam intuitu cognitionis nostræ,
& necessarium, ut negando vel merum nomen σωτηριᾶς Fidei substernas,
vel modos secundarios ac minus principales gravius pondus, majusque
momentum habere pronuncies.

V.

Jam igitur si quæras: Quinam ille Modus sit? *Orthodoxi* non mo-
dò ipsa loca illa, ubi Christo adscribitur σωτηριᾶς nostra, ponderant supra
allata, sed in universum totam causam, quæ inter Deum & humanum
genus intercedit, Scriptura Judice, ob oculos ponunt, atque expendunt
primò Statum illum, in quo humanum genus sub peccato constrictum
tenetur, ubi naturalis Dei affectus adversus peccatum indeque progressa
Sandio pœnalis adversus Legis transgressores perpenditur, itern vis Ju-
sti-

*Locis præcib
pui argum
mentaque,
quibus Modus
ille salvandæ
ab orthodo-
xi probatur,
& quibus
totum hoc
argumentum
continetur.*

†† *Curc. Inst. Rel. Ch. lib. V. cap. 19, num. XV. & cap. XX, num. II.*

††† *Limb. III, 24, num. 1. Vl. cap. XXII, num. 1, II. & cap. XX, num. II.*

69

68

6

4

41

6

4

59

5

52

5

5

5

53

54

stitiæ, Veritatis, & Constantiæ divinæ in reatu, & merito pœnarum, ipsis-
que pœnis irrogandis. *Deinde*: Numinis Divini misericordiam erga mi-
seros mortales, quippe sub æternæ mortis pœnis constitutos atque con-
clusos. *Tertio* Missionem & Sponfionem *συνήθη*, ejusque conditio-
nem. *Quarto* totum vitæ contextum, Actionesque illius atque Passio-
nes, veluti materiam, in qua Jesus *ἐν τῷ σώζειν* occupatur. *Quinto* Ra-
tionem illam & formam in his actibus, passionibus totoque vitæ contex-
tu, per & propter quam Salus miseris mortalibus acquiritur; utpote quod
in iis perpetrandis & perpetiendis, ut surrogatus in vicem peccatorum
versatur, cui innocenti peccatorum delicta imputantur, quique omne de-
bitum illorum agendo & patiando, id est obedientia sua usque ad mor-
tem exquisitissimè explet & compensat, Legem nempe implendo, pœ-
nasque commeritas in se suscipiendo & ferendo. *Denique* Salutem ipsam,
quæ pro ratione miseræ & conditionis humanæ sub peccato ex opposito
varia est.

V I.

Vocabulum,
quo designa-
re solent or-
thodoxi mo-
dum illum
salvandi:
Satisfactio,
quid sit, h. l.
& quo sensu
adhibeatur.

His & similibus nervis instructi Orthodoxi haud aliam *Salutis*
acquirenda rationem modumque docere ac profiteri possunt, quàm
hanc ipsam, quam *Satisfactionis* nomine pridem expresserunt: quippe
qua voce id intendunt, quod in memoratis Scripturæ classibus contine-
tur, & ab ipso Spiritu S. totidem ferè verbis ac phrasibus adeò asseritur.
„ Id est: Illam Christi Functionem, qua Christus, *Ἰεσὺς Χριστός* homini-
bus, peccato ejusque reatu constrictis ac æternis pœnis obnoxiiis ita sub-
„ venit, ut pro illis & loco eorum se Deo sistat atque offerat, illorum pec-
„ cata sibi patiatur imputari, pœnasque commeritas non modo pro Ipsiis
„ suscipiat, debitumque illatum adeò exsolvat, sed & in universum obe-
„ dientia sua perfectissima Legi præstita *λύτρον* præstet consummatissi-
„ mum, adeoque redemptis ab ira Dei & potestate diaboli æternam Sa-
„ lutem acquirat atque mereatur. Neque est, quòd quis multum de vo-
„ ce litiget, licet enim *Satisfactio* non tot literis ac syllabis, quando de o-
„ bedientia & morte Christi sermo est, extet, tamen sensu orthodoxorum
„ accepta, cum illis ipsis, quæ Scriptura in hoc argumento expresse habet,
„ immutabili & essentiali nexu cohæret, utpote cum *æquipollentibus* vocibus,
„ phrasibus & loquendi modis. Nec, si alius præter mentem nostram
„ voci sensus affingitur, eoque supposito absurda eliciantur tanquam è no-
„ stra sententia, veluti, si mera quidem *civilis Satisfactio* pro *criminali*
sub-

substituatur, & ex illa indole supposita deinceps argumenta constituantur: Si *novationis* vel *delegationis*, ut Jcti loquuntur, beneficio factam esse dicatur, & similia; quicquam obtinebitur, quid enim aliud hoc est, quam cum umbris pugnare? Quamquam verò etiam hæc ipsa vox: *Satisfactio* anceps sit, non tamen commodius ad exprimendum S. Scripturæ sensum, & discrimen orthodoxæ doctrinæ ab heterodoxa in hoc puncto Doctores Ecclesiæ reperire potuerunt, quam hoc Ipsum à Foro ad Theologiam translatum, quia universa Salutis œconomia verbis forensibus declaratur, quippe ubi occurrit Deus *Judex*, homo peccator, *reus*, Lex *condemnans*, Mors *pœna*, Christus *Mediator*, *Fidejussor*, homo *justificatus* &c.

VII.

Caterum ne quis circa orthodoxam doctrinam allidat, ubi diver-
sam hujus vocis acceptionem apud Theologos animadvertit, dissensum-
que in re ipsa suspicetur, id probe notandum: I. Satisfactionem in Arti-
culo de Christo adhiberi in *generali* quodam & *absoluto* significato,
quo Christus tantum fecisse dicitur, quantum satis est ad implendam Dei
voluntatem, quo pertinet quicquid Christus egit, vel passus est, quia ad
implendam Dei voluntatem oportuit Christum salutis nostræ causa non
tantum pati, quicquid passus est, sed agere etiam, quicquid egit. II. *Re-*
lativè in ordine ad *obligationem*: quæ duplex ad *obedientiam* & ad *pœ-*
nam: nam *obligationi ad obedientiam* per lapsum nihil quicquam de-
cessit, quin potius nova obligatio videlicet ad pœnam propter peccatum
sustinendam eidem accessit: liberatio igitur, quæ est obligationis destru-
ctio, per Christum facta dicitur Satisfactio, i. e. qua tantum fecit Chri-
stus, quantum liberationi nostræ sufficiebat, seu quantum satis erat de-
struendæ obligationi. Hoc Christus præstitit, non tantum mortem sub-
eun lo, sed in genere obsequium DEO præstando, & utraque aded obe-
dientia Christi includitur, per quam dicto modo DEO satisfactum est;
non quod ab obedientia legi debita absolute simus liberati, quippe ratio-
nales creaturæ necessariò sub Deo & Lege sumus; sed cum *Moses* impo-
„ fuerit nobis grave & intolerabile onus rigida, perfecta, cum commi-
„ natione aeterni exitii conjunctæ, & ad aeternam vitam assequendam præ-
„ standæ obedientiæ; ab hoc onere & jugo Christus perfectissima sua o-
bedientia nos liberavit, obligationemque aded in tantum solvit: etsi alia
ratione & ex alio capite jam indicato subsistat obligatio Legis. * Tertiò
specialius & *restrictius* apud Theologos accipitur Satisfactio pro Libera-

Diversus Sa-
satisfactionis
usus in hæc
materia.

B

* Vid. Cal. contra Crell, p. 600, tom. I. conf. p. 611.

20
69
68
6
4
41
6
4
59
5
52
5
5
5
53
54

tione ab *obligatione criminali*, quæ oritur è *maleficio* vel *delicto*, estque offensa compensatio Deo facta, & quidem pœnæ luitio ad perimendam obligationem, quæ erat ex offensa, aut pœnarum per solutio à Christo vice totius humani generis facta, ad perimendum obligationem, quæ erat è peccatis universi generis humani, vel punitio Christi ad impunitatem generis humani. Hæc enim cuncta in idem recidunt, eundemque sensum ex intentione orthodoxorum habent. Jam prout cujusque institutum postulat, ita generalius aut specialius & ad statum controversiæ accommodatius loquitur: nam nec *generaliore* illo, nec *relativo* & *specialiore* sensu admittunt Satisfactionem hostes ejusdem.

VIII.

Socini sententia contra Satisfactionem eandemque hypotheses hinc colliguntur.

Sic enim *Fausus Socinus* tanquam solenni professione & constante ac valitura Coveto, Parisiensi, Ministro Evangelico, qui dixerat: *Jesum Christum* ideò *Servatorem nostrum esse, quia divine Justitiæ, per quam peccatores damnari merebantur pro peccatis nostris plene satisfecerit* &c. contradicit: Ego verò censeo, & *orthodoxam sententiam esse arbitror, Jesum Christum ideò Servatorem nostrum esse, quia salutis æternæ viam nobis annuntiavit, confirmavit, & in sua ipsius persona cum vitæ exemplo, tum ex mortuâ resurgendo manifeste ostendit, vitamque æternam nobis ei fidem habentibus ipse daturus est.* *Divinæ autem Justitiæ, per quam peccatores damnari meremur, pro peccatis nostris neque illum satisfecisse, neque ut satisficeret, opus fuisse affirmo.* Dum ad annunciandam salutis æternæ viam, exemplo & resurrectione confirmandam, & fidem habentibus dandam vitam æternam Servatorem esse ait, nec satisfecisse &c. manifestò & illam impletionem voluntatis divinæ per *activam & passivam obedientiam*, Christi, sensu orthodoxo, & istam destructionem obligationis, & hanc liberationem ab obligatione criminali pernegat: Id quod è nexu hypotheseum principalium *Socinianarum* ceu interiore fundamento etiam necessariò fluit, statuunt enim: (1.) *Hominem justificari non interventu Meriti*, (2.) *sed ex sola gratia interventu bonorum operum & præceptorum Dei* impletionem, (3.) *libertatem arbitrii, etiam in statu destituito invehunt*, (4.) *peccatum originis negant*, (5.) *imaginem primævam tantum in domino super bruta collocant*, (6.) *Sacramenta non media, fidem & gratiam offerentia & conferentia, sed tantum ut æternas ceremonias salutant*, (7.) *imo Trinitatem & per consequens (8.) Christi Divinitatem*, (9.) *adeoque concomitanter ipsius Satisfactionem*

ne-

negant, eumque tantum ad annunciamdam salutis viam & perficiendam
Legis precepta, missum esse somniant, (10.) Justificationem nostram
imputatione alieni meriti negant. (11.) eam gratuitam sine interve-
niente pretio, remissionem peccatorum definiunt, (12.) Fidem justifi-
cantem non apprehensione meriti Christi, sed tantum fiducia generali,
qua credimus Deum nobis bene velle, & qua preceptis illius obedi-
mur, circumscribunt.

IX.

Orthodoxa autem sententia est illa, quam ante expressimus *Satisfac-*
tionis nomine, quæ ad eò interior ille principalis & essentialis Salvationis
modus est, quoad acquisitionem præsertim salutis, quem qui negat vel ab-
strahit, non nisi Salvationem sine veritate, sine anima ponit & concipit.
Nam in illo *Satisfactionis* opere dignitas & valor *meriti* est intrinsecus,
è quo non potest non ipsa Salus spiritualis, vera, & æterna sequi. Ut dein-
ceps ostendetur: Sic Christus est verè & propriè Salvator *Satisfactione* &
Merito.

X.

Quod primam classem concernit supra positam, in statu & conditione
hominis peccatoris sitam, Scriptura primo *homines in universum peccato-*
declarat obnoxios Legisq; transgressores. *Gen. VI, 5. VIII, 21. Job. IX,*
2. XIV, 4. XV, 16. Ps. XIV, 2. LI, 6. LIII, 4. 1. Reg. VIII, 46. Prov.
XX, 9. Esa. LIII, 6. Job. III, 5. 6. Rom. I. II. III. VII. capp. V, 12. XI,
32. Gal. III, 22. Eph. II, 3. 1. Joh. I, 8. Jac. III, 2. &c. quæ loca lucu-
lentissimè partim *peccatum originis*, partim transgressiones actuales, par-
tim denique culpam & reatum inde ab Adamo ad omnes homines trans-
euntem ac propagatum designant, quicquid etiam *Sociniani*, deblaterent,
quippe qui hic in limine statim aberrant, hominis miseriam minuunt, pec-
catum originis, culpam & reatum illum ad omnes transeuntes rident, sta-
tum tamen peccati, seu, quod homines post lapsum sint peccatores, largi-
untur. Deinde *conditionem pœnalem signativam* exprimit, dum non modo
Deum justum ejusque judicia recta pronunciat, sed & odium ejus adversus
peccata & abominationem eorundem indicat *Ps. 119, 137. Ps. 5, 5. 6. 7.*
Prov. VI, 16. Habac. 1, 13. Zach. VIII, 17. adeoq; & iram adversus omnem
impietatem. *Rom. 1, 18.* indeque provenientes afflictiones & anxietatem
adversus omnes homines perpetrantes malum *Rom. II, 9.* unde natura Filii
iræ dicuntur *Eph. II, 3.* adde *Rom. IV, 15. 41. 32.* Zelum item & vin-
dictam adversus peccatores, quo nomine *Zelotes* dicitur *Ex. XX, 5. 6.*
adde *Dent. V, 9, 10.* Vindex *indignus* 1. *Ibess. IV, 6.* apud quem justum

B 2

est,

Orthodoxa
de modo sal-
vandi per
Satisfac-
tionem merito-
viam eidem
opponitur.

Prima Clau-
sis, in qua
simul ostendit
dicitur, quod
verum præ-
cipuum diffin-
cultati re-
deat


69
68
67
66
41
6
4
59
50
52
51
5
53
54

est, reddere iis, qui affixerunt, afflictionem 2. *Thess. I, 6.* Accedit ipsa pœnalis sanctio, qua maledictionem & mortem comminatus est Deus transgressoribus Legis divinæ *Gen. II, 17.* ubi sanctio pœnalis non solum Adamum, sed & posteros concernit, quippe non solum protoplastis hæc sententia comminatoria denunciata, sed & postea in Lege repetita & est confirmata *Dent. XXV 11, 26. Ezech. XV 11, 20. Rom. VI, 23. Gal. 3, 10. 1. Cor. XV, 22.* ubi omnes in Adamo mori dicuntur, adeoque & in Adamo peccasse. Nec maledictio *Deuteronomii* ad solos spectat Judæos, cum substantia mandatorum Mosaicorum ad omnes creaturas rationales pertineat. Deniq; exprimit Scriptura speciatim pœnales istas calamitates ac miseras, in quas homo per peccatum præcipitatur. De *Maledictione & Morte* loca antea citata, quibus addc *Heb. II, 14. 15. 2. Pet. II, 19. Esa. LXI, 1. Os. XI 11, 14. 1. Cor. XV, 54. Zach. IX, 11. Luc. I. 71.* His nervis instructi orthodoxi hæctenus humanū genus in universum post lapsum non tantum peccato, originali nimirum & actualibus, sed & per & propter illa pœnis æternis obnoxium esse invictis argumentis demonstraverunt & contra Adversarios passim vindicarunt. Præcipuum momentum & supremū, in quod in hæc classe, intuitu nimirum Satisfactionis, denique omnia recurrunt, in hoc subsistit: *Num status peccati ejusq; natura & indoles ita comparata sit, ut non possit non pœnalis esse? Vel: An Deus necessario, nisi compensatio & expletio intercesserit, peccata hominum, & quidem æterna morte, quæ velut centrum est calamitatum ac miseriarum, plebat atq; vindicet?* Huic enim quæstioni moles argumenti hujus ita incumbit, ut parum efficias, si dicas: Deum voluisse peccata ita intueri, ut quæ digna sint, quæque punire æterna morte possit, quomodo nec vim dictorum exhaurias, nec Adversariis os obturabis, qui mox subjungunt: ita omninò te rem habere, Deum tamen illa sua potestate puniendi non usum esse, sed remisisse pœnas, illudq; Beneficium per Christi doctrinam & exempla docuisse & confirmasse, qui etiam vitam æternam concessa potestate largiatur. Unde nervus rei ad eam, quam diximus, quæstionem redit.


COROLLARIUM.

Turretinus, cujus opus de Satisfactione *Leideggerus* incomparabile vocat, percenter *B. Gerhardum*, & alios, quod è doctrina absoluti decreti electionis doctrinam de Satisfactione & Merito destrui, dicant. Subscribimus nos *Gerhardo*, nec tamen *Reformatos* proclamamus *Socinianos*,







Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly centered and appears to be in a historical or Latin script.











or non inanis tumor restituatur. Et hunc ipsum scopum
S. 25. *finem ultimum* & *palmarem* vocat, quem sibi
laborum impositione proposuerunt. Luce igitur
& istiusmodi pœnitentias non fuisse satisfactio-
nes, sed remedia quibus spirituales morbi sanari
tam teste ac veritatis confessore Morino: & quam-
am causam penitus deseruisse videatur, Judicum
officium antiquos sacerdotibus nonnunquam tri-
cipuum tamen locum in pœnitentiæ negotio ani-
buisse, asserit, adeoque eidem satisfactionem,
eteros Pontificios scopum, postponit. Nec. L. I.
data opera duas sacerdotes fecisse personas, Medi-
udicum, docet, ullum de posteriori ex antiquita-
t. Imo si vel maxime Judicum nomine inter-
nt, quid derogare illud doctrinæ nostræ poterit,
Patres non hoc tantummodo, sed & pœnæ vo-
os fuisse, ipsa eorundem doctrina, & verborum
nt, contextus, demonstrat.

ramus nunc etiam nonnulla, quæ Pontificii ex
argumenta, quidque in recessu habeant, dispicia-
m sententiam suam conantur, dum tradunt oc-
non equidem ad publicam, attamen ad secretam
eu vocabulum hoc intelligunt, ad privatas satis-
s fuisse, adeoque & necessitatem satisfactionum
li solum causa institutas, negari. Probat hoc,
ander *duobus argumentis luculentissimis* l. c. p. 575.
Basilio, qui *mulieribus adulterium secreto confessis pœ-*
mpositam fuisse, quam secreto quoque peragerent, ab
re separata, certo ac definito tempore, Epistola III. ad
XXXIX. testatur. Verum enim vero canon
materia agit, & reperitur in secunda Episto-
m ita se habet. *Adulterio pollutas mulieres & con-*
vel quomodocunque convictas, publicare quidem patres
et convictis mortis causam præbeamus, eas autem sta-
fferunt, donec impleretur tempus pœnitentiæ. Ex
llus alius erui potest sensus, quam occultas
m temporis spatium à communiōe arcendas,
nes in publica pœnitentia requirebant, quod ta-
onica non est. Deinde plurima privatæ pœni-
adata Dissertatione adducta exempla, ut & illud,
quod